

IN II. VESPERIS.

Oratio.

BEATI Apóstoli et Evangelistæ Matthæi Dómine préci-
bus adjuvémur : ut quod possiblitas nostra non obti-
net ę ejus nobis intercessióne donétur : Per.

DIE XXII. SEPTEMBRIS.

SS. MAURICII ET SOCIORUM MARTYRUM.

SIMPLEX.

Oratio.

ANNUE, quæsumus omnípotens Deus : ut sanctórum
Mártirum tuórum Mauricii, Exsupérii, Cándidi,
Vítalis, Innocéntii ac Sociórum eorúmdem nos lætíficit
festíva solémnitas ę ut, quorum suffrágiis nítimur, eórum
natalitiis gloriémur : Per.

DIE XXIII. SEPTEMBRIS.

S. THECLÆ VIRG. ET FEMINARUM PROTOMART.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, pro cuius nóminis glória magnum certámen pas-
siónum beáta Thecla, Virgo et Martyr tua, feminá-
rum prima, invícta fide sustinuit : da nobis, ejúsdem fídei
imitatióne, próspera mundi despícere ę et nulla ejus ad-
vérsa formidáre : Per.

DIE XXIV. SEPTEMBRIS.

S. MARIÆ DE MERCEDE.

TOTUM DUPLEX.

Omnia (præter Orationem) ut in Nativitate B. Mariæ V.,
die viij. Septembris, mutato nomine Nativitatis. in nomen
Solemnitatis.

Oratio.

DEUS, qui per gloriosissimam Filii tui Matrem, ad libe-
rándos Christi fidéles a potestáte paganórum, nova
Ecclésiam tuam prole amplificáre dignátus es : præsta,
quæsumus, ut, quam pie venerámur tanti óperis institutri-
cem ę ejus páriter méritis et intercessióne, a peccatis óm-
níbus et captivitaté dæmonis liberémur : Per eúmdem.